DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

DE

DYSTHANASI[A]

MEDICA,

Vom Schwehren Todt;

Quam

AUSPICE DEO PROPITIO,

Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ,

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

DN. D. MICHAELE ALBERT[I]

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDE[B.]
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES-
SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

Domino Patrono ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS [DO-]
CTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,
horis locoque consuetis
ANNO MDCCXXXV. D. OCTOBR.

Publicæ ac placidæ Eruditorum ventilationi subjiciet

RESPONDENS

CAROLUS CHRISTIANUS HENNI[G]

JAVORIENSIS-SILESIUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.



PROOEMIUM.



SI de mortuis non nisi bene judicare æquitas requirit, cur de morte male sentiamus? hæc enim ultima linea rerum, omniumque calamitatum temporalium clausula; *beati itaque sunt, primæ resurrectionis compotes, in eos enim, secunda mors potestatem non habet Apoc. XX. 6. &c.* talis *qui vicerit non lædetur* a *secunda morte c. II. 11.* neque tamen in primam mortem, quæ naturalis est invehere & insultare, consultum est; huc enim quadrat, quod LAERTIUS *Lib. I. c. 4.* testatur: *Chilon*, inquit, *vetabat, de mortuis male loqui, quod ignavum videretur eos incessere lingua, qui respondere non possunt; ac turpe esset cum umbris ac larvis luctari: nam id est quodammodo sepultum refodere:* quicunque itaque mortuos malitioso livore conspurcant, quorum famam viventium arrodere haud potuerant, de

de illis judicat DANNHAUERUS *Lact. Catechet. Part. II. p. 348.* Wer die Todten an ihren Ehren Gedächtniß angreifft, denselben haben die Gelehrten recht und wohl denjenigen Schlut-Hunden verglichen, welche die vergrabene Todten-Aaaß herfür graben und abnagen: Interea justa cognitione Medici probi, prudentes & ingenui juxta scientiæ & artis suæ regulas de morte naturali & statu morientium & mortuorum judicare possunt, imo debent: Et quamvis morali æstimatione vera sint, quæ elocuti fuerant ZALEUCUS *ap. Stobæum Serm. 46. singulos oportet semper in singulis actionibus illud tempus, quod unicuique finis est vitæ futurum adeo suis cogitationibus familiare facere ac si præsens esset: ita enim maxime honesti justique cura vigebit:* & SENECA *Ep. 26. meditare mortem, qui hoc dicit, meditari libertatem jubet:* aut *de tranquillit. c. XI. male vivit, quisquis nesciet bene mori:* attamen vicissim varia sunt, quæ moraliter & physice mortem terribilem & difficilem reddunt: hujus observationis testes sunt *Cn. Corn.* GALLUS *Lib. Eleg. V. 711. omnibus est eadem leti via, non tamen unus est vitæ cunctus exitiique modus: Papinius Statius Lib. 9. in Thebaide p. 280. mille modis leti miseros mors una fatigat, Lipsius Cent. 1. misc. ep. 61. varia ad illam mortis metam via fert, clivosa, plana, brevis longa.* SENECA *de Beneficiis, Lib. V. c. 17. illud in confesso est, quis sine querela moritur, quis extremo die dicere audet, vixi & quem dederat cursum fortuna peregit, quis non recusans, quis non gemens exit:* Propterea mors in naturali sua tragœdia calamitosas infert & affert sensationes, ut propterea sensui naturæ adversa, acerba, amara & terribilis sit:

vincu-

vinculum, quo a conditore & conservatore vitæ anima cum corpore conjuncta & unita est, adeo naturale & intimum existit, ut mors, quæ illud turbat & solvit, non nisi naturæ adversetur: hinc *Elect. ap. Euripidem in Oreste v. 1035. omnibus hominibus est miserabile amittere charam vitam:* Hæc effata sensui & æstimationi morali apprime sunt consentanea; nec tamen cognitioni & dijudicationi medicæ adversantur; siquidem unius subjecti exitus vitæ tranquillior, alterius impetuosior esse, indies observatur: quare affatum QUINTILIANI *Lib. 8. c. 5.* quadantenus veritati respondet: *mors*, ait, *misera non est*, *aditus* autem *ad illam miser est:* ob id processus mortis non raro terribilis apparet: quod si morientium angores, clamores, cruciatus, dolores, molestias &c. intueamur, quis non valde commoveatur, quin eloquetur, o mors quam amara, quam acerba, quam terribilis es: Quo itaque mortis amaritudinem antiquiores inculcent, in more positum habuere, ut in sepulchris *Absinthium* colerent, ob mortis similitudinem, *vid. Georg.* FABRICIUS *Chemnicensis in sua Roma c. 21. Gyraldus Ferrariensis de diis gentilib. syntagm. 17. Joh. Henric.* URSINUS *in analectis Lib. 5. cap. 17.* BERGMANN *in tremenda mortis hora Part. I. c. 4. p. 16.* & hic ultimus author nervosa & arguta explicatione hanc acerbam & tremendam mortem *p. 20. seq.* ita describit: Das andere Stück, so den Todt bitter macht ist der schmertzliche Todtes-Kampff. Wann es nun zum Sterben kommt, und die besten Freunde, Leib und Seele, sollen von einander scheiden und in dieser Welt nicht wieder zusam-

 men

men kommen, die Stunde ist vorhanden, da das edle Wunder-Gebäu des Leibes, als GOttes Händewerck, und der Schöpfung letztes Meisterstück soll zerbrochen werden: das Licht der Augen, so den gantzen Leib erleuchtet, und die Geschöpf des Höchsten betrachtet, soll verlöschen: Das Gehör, so dem Hertzen das Wort GOttes zugeführet, soll vergehen: Mund und Zunge so den HErrn gerühmet, soll verstummen; Hände und Füße so die Berufs-Wercke verrichtet, sollen erkalten; Ja alle Glieder, die so künstlich gleichsam zusamm gesetzt, sollen aus einander gehen und verderben; und welches schrecklich ist, so soll nach dem Todt der Mensch abscheuliger werden, als die unvernünfftigen Thiere, sintemahl keines Thieres-Aaß so bald faulet, und so greulich stincket, als des Menschen Leichnam: Wann es nun darzu kommt, das der klägliche Untergang des menschlichen Leibes vorhanden, so geschieht es mit einer sonderlichen Wiederwärtigkeit, die Natur wehrt sich, weil sie kan, und wiedersteht dem Todt aufs Beste ꝛc. Et quamvis subita mors juxta naturalem æstimationem tolerabilior esse videatur, ut propterea SENECA *de Providentia* in fine eloquatur: *id ipsum, quod vocatur mori, quo anima discedit a corpore brevius est, quam ut sentire tanta velocitas possit - - quicquid est, properat: ecquid erubescitis, quod tam cito fit, timetis diu:* tamen hæc philosophica, ethnicis etiam gentibus familiaris, consolatio, haud adeo firma, sed perquam ficulnea est, quoniam partim tam compendiosa atque abbreviata vitæ clausula in relatione ad reliquum ejus exitum, rarior, reli-

qua

qua autem mortis præparatio ardua, calamitosa & innumeris ferme afflictionibus stipata est, utut dein ipse mortis articulus lenior & brevior esse videatur, unde illæ elocutiones natæ, ægrum quidem celeriter & placide mortuum esse, antea autem multa sustinuisse incommoda: Quodsi etiam diversos moriendi modos scrutemur, multi sane terribiles in iisdem obtingunt respectus: hinc AUGUSTINUS *in Soliloquio cap. 2. §. 3.* profitetur: *Mors mille modis quotidie miseros homines inopinate rapit: hunc necat febribus, illum opprimit doloribus: hunc consumit fames, illum sitis extinguit: hunc suffocat acquis, illum interimit laqueo, illum perimit flammis, alium dentibus bestiarum ferocim aufert & vorat:* Ast dum variis hominibus mors beneficium & commodum esse observatur, tamen suam acerbitatem suumqne incommodum complectitur, ut cum SENECA *Epist. 30.* confiteri queamus: *mortem venientem nemo hilaris excipit: nisi qui se ad illam diu composuerat:* Quam Parodoxa itaque videtur assertio, dari morbos salutiferos, tam contraria videtur sententia, in physico-medica æstimatione, mortem bonam esse, siquidem antequam mortem actu experiuntur, potestatem, dolorem & aculeos mortis experiuntur, adeo ut aliquibus consideratu digna contingant insomnia, sub quibus semet ipsos cum admiratione agonizantes adspiciunt, & simulacrum propriæ suæ mortis intuentur, quod nonnisi perhorrescentes aliis recensere solent; Quantumvis autem dulcem quasi mortem anhelantes, (sicut Rex quondam *Angliæ Eduardus* fratrem suum *Georgium*, dulci morte, in malvatico vino suffocari mandavit)

davit) ſatis amarum vitæ exitum experiuntur, ſicut illi, qui in dulci vino ſuffocatus, absque dubio acerbus mortis angor & ſapor obtigit: unde nec ſyrupis; Confectionibus, Speciebus & Conſervis, gemmatis, cordialibus, lætificantibus, &c. mortis amarities tam confidenter evitari & intercipi haud poteſt: attamen in obſervatione vulgari ſatis ſuperque compertum eſt, unum hominem præ altero facilius aut difficilius letum oppetere: ſicut ſecundum naturalem cognitionem unus præ altero firmiori gaudet ſanitate, longiori fruitur vita, & viciſſim alii adverſa magis valetudine laborant, facilius & vita defunguntur, aut duriori cervice inſtructi ſunt, ut vulgo dici ſolet, er habe ein hartes Leben, oder dieſer und jener habe eine ſchwache Geſundheit, ꝛc. id non modo de certis ſubjectis, ætatibus, temperamentis, familiis & nationibus inter homines valet, ſed etiam in genere brutorum annotatur: Eam ob cauſam Medicum de vita hominis conſervanda, ſanitate tuenda, morbis ſubjugandis & morte avertenda ſollicitum refert, quo præſentis obſervationis curatiorem indagationem inſtituat: Si enim moriendum eſt, quid ni arduas, difficiles, miſerandas & terribiles Mortis qualitates demulcere atque convenienti modo lenire præſtiterit: Hæc conſideratio animum noſtrum excitavit, ut præſenti Specimine Inaugurali Cogitationes mortis inſtituere & de DYSTHANASIA MEDICA agere ſuſceperimus. Faxit divina directio, ut conatus noſtri proſpere & ad vota ſuccedant.

§. I.

§. I.

Difficilis atque ardua ratio & conditio moriendi & tremenda & deploranda eſt; illius vero nullam plane notitiam habere, nec ſcrutationem inire, æque deploratione digna res eſt: hinc quidam homines nec vivere, nec mori ſciunt, ſed velut mortui vivunt, videlicet animæ & corporis corruptioni operam dantes, & ſubinde moriuntur, velut nunquam reviviſcentes: ea propter & *moraliter* & *phyſice* mortis, aut *facilis* aut *difficilis*, meditatio commendanda eſt; hoc loco ſermo nobis erit de *gravi*, anxio & laborioſo eventu vitæ naturalis; quem gradum atque modum moriendi *Dyſthanaſiam* vocavimus: hinc BUDÆUS *in Lexico Græco* δυϑαναζέω, vertit per *crucior moriendo*, *anxie morior* ein harter, ſchwehrer, langer, ångſtlicher Todt: qua notatione mox *differentia* illa inter mortem *malam morali* reſpectu, & *difficilem phyſico* intuitu, inſinuanda erit: ſicut id in regno naturæ evenit, quod ſint *inſontes, quibus accidunt digna ſontibus; rurſumque ſontes, quibus accidunt digna inſontibus Eccleſ. XIII. 14.* quemadmodum calamitates aliàs cum amarulenta morte comparantur *Syrac. 28. v. 25. linguæ mala*, i. e. Seine Plagen ſind bittrer denn der Todt und årger dann die Hölle, & de juſtis improbi judicant *Sap. III. 2. videntur in oculis inſipientium mori, & æſtimatur malum eſſe exitus ipſorum:* Sed quid hoc ad *medicum* forum? reſponſi loco damus, quæ *B. D. Paul.* ANTONIUS *in Collegio antithetico p. 97.* profitetur: ihr thut recht daran, daß ihr NB. alle und jede doctrinas genau pruͤffet nach der doctrina biblica: Dann die muß doch Cynoſura

aller anderer doctrinarum bleiben: propterea in sensu physico & medico fundamenti loco sit illud apostolicum decitum ad *Rom. XIV. 7. 8. nullus enim vestrum sibi ipsi vivit: nullus item sibi ipsi moritur, sive enim vivimus, Domino vivimus, sive morimur Domino morimur; sive enim vivimus sive morimur, Domino sumus:* Subinde autem *medico* significatu *dysthanasiam* vocamus *Clausulam omnium, motuum & functionum, corporis humani conservationem concernentium, sub arduis, retardatis, respective operosis, anxiis & commiseratione dignis motionibus & mutationibus decurrentem:* aut ut magis ad rhombum & *forum medicum* accedamus, illa *Dysthanasia* est *exitus plenus omnium ad naturalem corporis conservationem conferentium motuum vitalium, singularumque functionum connexarum, sub multiplici gradus, modi, temporis, ordinis, loci mutatione, fluctuatione, iterato insultu, cum magno, diutuno & conspicuo angore ac turbulento statu & effectu conjunctus:* inde audit ein harter, herber, ängstlicher, erschrecklicher, kläglicher, jammervoller Todt; Talem arduum obitum etiam *Certamen, Luctamen* naturæ, einen Kampff nominant, quod ob *graves* & sonticos characteres *divinæ* potestati tribuitur, es liege ein solcher Mensch unter GOttes Gewalt, ringe mit den Todt, könne nicht ersterben, ita ut talis conspectus & *Tragœdia terribilis* sit, siquidem nunc *atrocibus* phænomenis vita corruit, inque hoc *extremo* quasi *tumultu* omnia velut invicem miscentur, ideoque in hac ultima afflictione maximam velut *confusionem* complectuntur: ob id dein *promiscuo* judicio mors *mala* esse dicitur: quadrant huc verba LUTHERI in der Hauß-Postill *Fest. Purif. Mar. Conc. 2. Opp. Lips. Part. XV. p. 126. a.* Dann wie die Welt sich pfleget

get zu stellen, wanns an die Züge gehet, und der Todt herzu tritt, ist für Augen: da ist keine Freude, lauter Unruhe, Angst, Noth, Furcht, Schrecken, Heulen und Weinen, und ist unmöglich, daß die Natur anderst könne, wie man auch an den unvernünfftigen Thieren siehet: da es doch nur ein natürlicher Todt ist: = = = dahero ist der Menschen Todt unzehlig schwehrer und schrecklicher, denn anderer Creaturen Todt: denn wir müssen uns fürchten vor GOttes Zorn und Urtheil das nach den Todt folget und ewig währet: addo judicium *Heinrich* MÜLLERS in Evangel. Schluß-Kette *F. Purif. Mar. Conc. 4. p. 1086. b.* Wie die Kinder Israel in der Wüsten annoch wandelten, kamen sie gen Mara und funden daselbst bitter Wasser, das sie nicht trincken konnten: da nun Moses zu GOtt schrie, zeigete ihm der HErr einen Baum den that er ins Wasser, da wards süsse: der Kelch des Todtes ist so ferne er in eine natürliche Betrachtung gezogen wird, allen Menschen bitter; aber süß und angenehm wird er gemacht, wann CHristus das grüne Holtz des Lebens, durch den Glauben hinein gesencket wird; daher nenne ich denn Todt oxymel oder oxysaccharum, bittersüß: bitter dem Fleisch: dem Geist süsse; Sicut autem ejusmodi enunciationes *spirituali* sensu mortem concernunt, ita vicissim *naturali* dijudicatione vitæ finis *gravis*, affligens, magisque *tragicus*, aliquando esse solet: placuit tamen in hoc limine præsentis tractationis adhuc *genericam* considerationem dysthanasiæ instituere.

§. II.

Quemadmodum vero secundum peculiarem *divinam* directionem & providentiam non omnes *justi*, pii & regeniti *euthanasiam*, nec omnes *improbi* & pravi *dysthana-*

thanaſiam experiuntur, ita tamen *utraque* cauſas ſuas *ſublimiores* & *inferiores*, videlicet aut cœleſtes & *ſpirituales*, aut temporales & *naturales* habet; de *Medica* itaque dysthanaſia nobis præſenti themate ſermo erit: hanc ipſam non aliam eſſe intelligimus, quam quæ cauſas *naturali* hominis ſtatui conformes, ſive illæ ex *animæ commercio* cum ſuo domicilio, *corporis* videlicet *mechanica* fabrica inſtructi ſyſtemate, ſive ex propria œconomia *vitæ naturalis* & quidem e *motuum vitalium* qualitatibus & *reliquarum* functionum connexarum præſenti conditione provenerint, complectitur, unde partim affectiones *corporis* quoad ſuam *mixtionem* & *ſtructuram*, partim quoad rationem *officiorum* in & cum hoc corpore præſtandorum, partim quoad relationem & proceſſum, aut univerſum *ſyſtema* illorum *motuum* & *effectuum*, qui in corpore eveniunt, partim quoad *influxum animæ* in *talem præſentem* corporis ſtatum & diſpoſitionem, partim denique quoad *artis* & variorum *artificiorum* & *experimentorum* concurſum atque *nexum* cum eadem conditione ægrotorum & moribundorum, hoc themate brevi ſcrutinio indagari & dijudicari debent; eapropter hanc dyſthanaſiam *medicam* vocamus, quoniam in ordine *naturæ* cauſas *phyſicas*, *medica* disquiſitione & tractatione penſitandas, comprehendit: Aſt ne hæc meditatio arduæ & *difficilis* mortis uſu & *utilitate vacua* & *ſupervacanea* videatur, *directe* non modo *ſcientia* & *certitudo* Medica inde confirmatur, quando ex *infallibilibus* & indubiis ſignis, phœnomenis & cauſis peritus & judicioſus medicus ſimilem certam, firmam atque ratam concluſionem ſicut de *forma*, ita de *expectatione* Dyſthanaſiæ ſtruere & producere poteſt, ſed & *indirecte* tem-

tempeſtive *illæ* cauſæ, *in quantum de jure* & *poteſtate artis Medicæ* & regularum illius, interdici, averti, *declinari* & *mitigari* poſſunt, quæ ad *gravem* & acerbam talem mortem diſponere poſſunt & ſolent; ſiquidem non tantum communis horror & *metus morborum*, ſed & momentoſæ & *arduæ* illius mutationis *vitæ* cum *morte*, naturalis & *temporalis* ſtatus cum *æternitate*, & terribilis illius articuli, quo *prægrandis* quædam *ſeparatio* animæ cum corpore & ſpectabile hac univerſitate rerum contingit, mentes hominum *angit*, occupat & affligit: non obſtante illa exceptione, quod in artis *poteſtate haud* ſit *immortalitatem* alicui conciliare, ut ut *æquivoca* illa ſit quæſtio, quam affert & ventilat, tandemque decidit *Caſp.* BRAVO *de Medicinæ dogmaticæ præſtantia p. 34. ſq. utrum Medicina habeat remedia, per quæ poſſit hominis vita prorogari in ultimum terminum vitæ præfixum;* Et quamvis manifeſtum teſtimonium *divinæ bonitatis* ſit, quod ſæpe & in multis caſibus *ægri* ſalvari & a *morte* præſervari poterint, unde dici ſolet, dieſer Menſch hätte gerettet und beym Leben erhalten werden können, wann ihm Hülfe wiederfahren wäre; attamen non eſt in medico juxta PARACELSI inſomnium, *ſenes rejuveneſcendi*, quod refutavit FREITAG *in aurora medica Lib. 4. cap. 4. conf.* REJESIUS *Camp. Elyſ. juc. quæſt. 26.* BRAVO *l. c. p. 39. ſeq.* CAMERARIUS *Sylloge Memorab. Cent. 8. part. 95.:* Quoniam autem nec *Senectus* arte *medica* declinanda, ſed potius admittenda, toleranda & expectanda, proinde tamen in *variis* caſibus & ſubjectis *alteranda* & delinienda eſt, ita quando occaſio contingit, qua artis *medicæ miniſtrante* officio *mors* quidem nec *ſemper*, multo minus *abſolute* averti, interim tamen nonnunquam

quam levior, *lenior* & *facilior* reddi poteſt: Ex quibus *generatim* inclareſcit, hanc obſervationem de *Dyſthanaſia*, non modo in foro *Medico*, *ſcientiam*, ſed & *Experientiam Medicam* concernere & adjuvare, neque tantum *pragmaticam*, quoad artificioſam applicationem, ſed & *Practicam* eſſe.

§. III.

In comparatione *Dyſthanaſiæ* cum *Evthanaſia*, hæc quidem præ illa juxta cognitionem & dijudicationem *medicam* præferenda erit; aſt dum omnes ferme, quia & quando ſemel moriendum eſt, *placidam* & lenem mortem optant, multi vero nec *moraliter*, nec *phyſice* ita *ſani* vivunt, aut in *morbis arduis* ſubſiſtentes, ſalutaribus conſiliis & auxiliis obtemperant, quo tranquillam & facilem talem mortem ſubeant: ita ad minimum a medico intererit veſtigia illa indicare, quibus juxta cauſas *phyſicas* aut *levem* aut *arduam* mortem attingere licet & vacat: Et quamvis *medici* etiam *officium* eſſe debeat, licito ac legitimo modo & *vivendi* & *moriendi* proceſſum quadantenus dirigere, attamen in hoc negotio *prudentia* & *conſcientia* opus eſt, ne ludicra & temeraria experimenta inſtituamus: Interea in hac obſervatione & *Præſervationi* & *Curationi* locus manet; *illi*, quando ſcitus & peritus medicus cauſas illas ita dictas *naturales*, ad *difficilem* obitum diſponentes, temperare & *lenire* indicat & adjuvat, quo minus dein ad talem *meticuloſum* eventum pertendant, e quibus *quædam* conſultationem *medicam admittunt*, *aliquæ* viciſſim *reſpuunt*; huic, quando nunc cauſæ *præter* & *contra* naturales *gravem* & arduum vitæ finem inducentes & promoventes, *convenienti* modo diriguntur, velut obſtructiones, cor-

ruptio-

ruptiones, extravaſationes, læſiones, &c. ne vel *remotive* easdem irritet & exacerbet, ut atrociores motus ſpaſtici, convulſivi &c. ſuperveniant, neque *poſitive* tales medicationes ordinet, quæ in ejusmodi afflictionibus *nec juvant, nec nocent*, ſed inutilem ac frivolam moram atque *cunctationem* conciliant: Quamvis autem dyſthanaſia *phyſice ſemper terribilis, moraliter* autem variis reſpectibus *utilis* eſſe compareat, *mediam* propterea viam ſeligere, ſi vota valent, conſultiſſimum eſſe videtur, hinc Deum rogamus ut a mala ſubitanea morte nos præſervet & liberet: eapropter *Scriver* im Seelen-Schatz *Part. IV. p. 886. ſ. 16. edit. in fol.* ſcribit: Wann der Menſch auf eine ſchnelle Art ſtirbet, ſo iſt er zwar von vielen, was die Kranckheit verurſachet befreyet, und weiß offt nicht wie man redet, wie er von der Welt kommt, er weiß nicht von der Todtes Furcht, welche oft ſchmertzlicher iſt, wie der Todt, er darff nicht viel Angſt leiden, und nicht lange mit den Todte ringen: allein es iſt eine wagliche und beſorgliche Sache, wann in einer ſo hochwichtigen Veränderung, daran ein ewiges Wohl oder ewiges Weh henget, alles auf einen Streich, oder auf ein oder baar Augenblicke ankommt: Sehr wohl ſagte eine Chriſtl. Seele, (quam in margine nominat) ich habe es vor eine nicht geringe Gnade allezeit gehalten, wann man allgemach ſtirbet, und in einen ſolchen Fall iſt der weiteſte Umweg der Beſte nach den Himmel: ich will GOtt bitten, er wolle mich doch ja nicht auf einen Schlag fällen, damit ich mich ſelbſt fallen ſehen möge, und mich in meinen Fall wohl bedencken könne. Quemadmodum porro *levitas* ac lenitas moriendi, *gradus* ſuos habet, ita viciſſim *gravitas* mortis gradu diſtincta eſt, ſiquidem quidam agonizantes plures *horas*, ali-

qui

qui plures *dies* consumunt, inde exclamationes dieser oder jener Mensch liege bereits etliche Tage im Sterben und könne nicht ersterben: hinc *superstitiosi* homines ad varia confugiunt media & experimenta, quibuscum ejusmodi moribundo *angores* morbis *abbreviare* contendunt: Et ne *æquivocationes* in hoc Dysthanasiæ scrutinio intercurrant, perita discretio & dijudicatio medica instituenda erit, ne forte *ante* actualis agonis terminum, crebriores *lipothymiæ* aut *syncopes*, pro ipso *mortis articulo* accipiantur, quæ sicut *interdum* aliquot diebus mortem *antecedere* solent, ita cum Dysthanasia confundi haud debent, quoniam sub ejusmodi deliquiis *intervalla* integræ rationis, motuumque *vitalium*, nec non aliquarum functionum naturalium *intercurrentium*, minus autem *corruentium* observantur: recensentur tales casus *ap. Salmuthum Cent. 3. obs. 7. sq.* VERULAMIUM *hist. vit. & mort. p. 360. n. 34. in A. N. C. Dec. I. an. 8. obs. 96. Dec. 3. an. 6. obs. 82.* PRÆSIDIS *disp. de resuscitatione semi mortuorum.* Breßl. Gesch. 22. Vers. *p. 589. seq. X.* Vers. *p. 614.* MORONUS *direct. medic. tit. Mors. p. 318.* propterea LEIBNIZIUS *in principiis Philosophiæ* Cartesianos taxat; qui *longum stuporem cum morte confuderunt.* Et ita etiam quandoque in articulo *criseos* constituti, velut *difficultes* morientes apparent, qui tamen singulari causa modoque iterum revertuntur & quasi reviviscunt: tale judicium de moribundo fert SCHEUCHZERUS *in Historiis Uratislaviensibus Tentamine XXV. p. 10.* inquiens: *Fragore illo ingenti* (videlicet pulveris pyrii in turri quadam detenti, ast accensi) *expergefactus hic moribundus, velut e somno profundo redit ad se, surgit ex lecto & intra paucos dies pristinæ restitutus sanitati. Dubio procul a fragore hoc insolito*

ſolito ſicuti contremuit ampliſſima urbs, ita & in tremulos, eosque criticos motus actum torpidum jam & a vi morbi tantum non ſuppreſſum fibrarum nervoſarum ſyſtema. Propterea medici etiam providi ſint, quo *fraudes* nonnullorum hominum aut *agonem*, aut *mortem ſimulantium* detegant, ſiquidem dolus ſigna *facilioris* aut *difficilioris* mortis æque imitari poteſt: *conf.* LANCISIUS *de mortis ſubitaneis p. 48. ſeq.*

§. IV.

Ordinis ratio jam requirit, ut in hiſtorica Dyſthanaſiæ Medicæ explicatione *Subjectorum difficilius* morientium *qualitates, huc* diſponentes, breviter inquiramus & indicemus: quod itaque rationem *Ætatis* concernit, tunc *ægrius* & operoſius utpl. moriuntur *juvenilis* & *virilis* ætatis ſubjecta, ob *firmiorem* ſanitatem & *potentius* robur, nec non ob communem *alacrius* operandi & reſiſtendi morem & conſuetudinem, ni eadem aut *ſubitanea* morte abripiantur, aut *diuturno* morbo enerventur, (hinc *Cappadox Aretæus de Acutorum & diuturnorum morborum cauſis & Signis p. 36.* dicit: *qui ſani robuſtiſſimi fuerunt, nunc diuturnis morbis afflicti ad extremum infirmantur, & tacita morte extinguuntur)* aut *valde malignis* affectibus corripiantur: eapropter *Felicianus Betera in enarrationibus in morborum malignitatem in obitu p. 50.* teſtatur: *morborum nonnullorum malignus genius aliquando ita potens & infenſus eſt, ut fortiſſimos cito & ſubito proſternat:* juniores propterea homines *firmiori* vigore naturali inſtructi, *diutius* mortis vim perferre eidemque *ſtrenua* magis reſiſtentia ſe opponere, ideoque cum aliqua *prærogativa* præ reliquis ætatibus *Dyſthanaſiam* experiri ſolent: unde

 dicte-

dicterium innotuit, junge Leute haben eine starcke Natur, welchen das Hertz nicht so bald und leicht bricht: ein junges frisches Hertz wehret sich lange wieder den Todt: hinc *juniores* homines *repugnanter* & ægre moriuntur, wer wolte gerne sterben, wann man noch jung ist: jungen Leuten komt der Todt allezeit zu früh und saurer an: vicissim *infantes* citius & *facilius* vitam amittunt, siquidem nec exempla *subitæ* mortis infantum desunt: *vid.* RIEDLINUS *Curat. medic. 319. p. 189. sq.* Ast hæc observatio suam quoque patitur *exceptionem*, dum casus *Dysthanasiæ* in *infantibus*, non inauditi sunt, ut eapropter adstantes valde admirentur, unde infantibus *tantus virium* gradus sit, quo tam gravem & *difficilem* obitum subire queat: obtingunt itaque ejusmodi casus, ubi infantes vehementissimas convulsiones *ante* & *in agonem* succedentes, quæ *atrocissimum* & commiseratione dignum mortis schema constituunt: & quemadmodum tales *convulsiones* per se, quoad omnes *sensibiles* qualitates terribiles sunt, ita tanto magis *diutius* durantes tales motus non modo *funestæ*, sed & *Dysthanasiæ* indices sunt: quare *convulsivi* motus *minus facilis*, rectius vero *difficilis* mortis character sunt: *de talibus infantum* convulsionibus ex observatione attenta testimonium profert LENTILIUS *Eteodr. p. 139. non adeo metuo convulsiones epilepticas etiam intra breve temporis spatium plus ducenties recurrentes, dummodo paroxysmi sint breves & post eos exantlatos pusilli ad se quodammodo redeant, at vero si ultra horam indesinenter urgeant morte utpl. terminantur, etiamsi convulsiones non admodum sint violentæ: sic & ubi paroxysmi quidem sopiuntur, sed miseri tamen torpent, nec ad se redeunt, etiam moriuntur, & pag. 909. convulsiones epilepticæ in uno continuo*

tractu per horam durantes, plerumque funestæ sunt: tales itaque circumstantiæ, mortem comitantes, *non leves*, sed satis *arduæ* existunt, quæ propterea non *Ev*-sed *Dysthanasiæ* familiares sunt: *Similiter* Senilis ætas suas patitur *exceptiones*, quoniam quædam talia subjecta quasi *ænea* & marmorea videntur, ac si cum morte fœdus iniverint, & *immortalia* essent, quæ vicissim moribunda *tenacissima* apparent, & sub *gravissimis* pathematibus tandem expirant: interim *reservati* tales casus, id quod *utpl.* contingit, haud evertunt: quoad hanc observationem merentur *extra* forum medicum conferri meditationes & rationes *theologicæ* SCRIVERI in Seelen-Schatz *Part. IV. p. 534. 535. §. 79. 80.* Warum die Kinder lang im Jammer liegen. Senilem ætatem vero quod attinet, cujus hoc loco mentionem fecimus RIEDLINUS *Lin. Med. An. VI. Junio obs. 25. p. 696.* observationem profert, cui titulus: *Mortem in Senectute antecedens summa anxietas:* quo loco sequentem meditationem hic author instituit: *pro subjectorum insigni differentia jam arctius vinculum illud animæ cum corpore apud quosdam inivisse, jam vero facilius dissolvi posse, quotidiana testatur experientia: sunt enim qui vita privantur, antequam ejusdem vel minimum periculum subesse notant: sunt qui tam placide tam blande moriuntur, ut illos non nisi obdormisse crederes, nisi a somno excitari humanis viribus nullo modo possent: sunt vero contra alii, qui dum mori se sentiunt & diu admodum aut & graviter cum morte confligantur, ipso opere experiri videntur, quod ipsorum anima arctius ac aliorum cum corpore inierit connubium.*

§. V.

Post ætatis scrutinium *Temperamenti* conciliatio-

 nem

nem instituere placet: quare ad *difficilem*, arduam & *operosam* mortem magis dispositi sunt homines *Cholerico* & *Melancholico* Temperamento instructi; *illi*, ob *commune*, quo pollent in *omnibus* actionibus administrandis *robur*, quod sub morbis non ita confestim evilescit & *languescit*; quemadmodum hujus temperamenti homines alias non modo *ardua* negotia suscipiunt, sed & in perficiendis illis *diu* & *strenue* virium præstantia perdurare solent, nec ita prompte & facile periculis cedunt, quin rectius summo conatu & ardore resistunt: id quod etiam in *mortis* tragœdia præstare, nec ita facile corpus suum mortis rapinæ subjicere, sed tali *strenuo* & heroico processu reniti solent: *hos* vero quod attinet, tunc ob adsuetam *pertinaciam*, & obstinatam reluctationem, tales *moriendo* se præbent, quales *viventes* fuerant: es sind harte, widerspänstige, eigensinnige, storr Köpffe: qui omnem *virium* suarum apparatum eo usque applicant, donec cedere *cogantur*; sub quo certamine non nisi *arduæ* circumstantiæ, quæ manifestam *Dysthanasiam* produnt, occurrunt: *utraque* talia subjecta ad res *arduas* nata apparent, ideoque *durum* vivendi genus præoptant, levius tolerant, indeque *similem* mortem experiuntur: *exceptis illis* casibus, qui *subitum* vitæ egressum causantur: cui considerationi *hæc* etiam animadversio accedit, quod horum temperamentorum homines ad perferendos *dolores* aliasque *infensas* alterationes, non adeo *faciles* & *sensibiles* sint; unde etiam sub mortis *acerbitate* haud ita facile & *tacite*, sed sub magna denique Lucta succumbunt. Huc pertinent homines, quibus *fortitudo* naturalis connata & a parentibus per *hæreditatem* implantata & communicata est, juxta dicterium,

quod

quod *fortes a fortibus* generentur: *conf.* SINIBALDUS *Geneanthr. Lib. 2. tr. 3. cap. 3. p. 216.* quæ fortitudo non modo in generosa magnanimitate, sed & in naturali *virium* ad *œconomiam vitæ* & *corporis* spectantium, facultate consistit, quales homines propterea aut *rarius ægrotant*, aut *facilius* convalescunt, aut *difficilius* moriuntur: quam præstantiam animi & corporis in *moralibus* & *vitalibus* manifeste testari solent: & hæc *connata* fortitudo multis modis *superat* alteram, per usum & *exercitationem* acquisitam, quæ prior itaque nec agonizantes *facile* deserit, qui sub *strenuis* talibus apparatibus & conatibus heroica morte vivere desinunt. Huic causæ *parallela* est altera, quod hæc fortitudo per *nationes* & *provincias* discrepet, quemadmodum non modo inter *Suecos* & *Gothos* aliquando *eminenter fortes* homines inveniuntur, juxta testimonium KORNMANNI *de miraculis vivorum p. 248.* sed quod *utplurimum* una plaga & pars orbis, una provincia, præ altera incolas *fortes* strenuosque gignat, alatque: quare ex Historia naturali constat, quod *Europæi*, *Asiaticis fortiores* existant, *vid.* CAMERARIUS *Syllog. memorab. Cent. XIV. partic. 94.* nec non quod *hyperborei* populi *durissimæ* vitæ & *strenuarum* virium sint, unde in sustinendis variis arduis bellis, bellicisque afflictionibus *diu* perdurare possunt: ejusmodi homines vicissim *non leniter*, neque leviter moriuntur, sed communiter gravissimam moriendi imaginem erigunt, de quibus enunciant, sie stünden mehr aus, als ein Vieh: Ita Sueci, Russi, Equites Hungarici, Turcæ &c. adeo *indurata* sanitate fruuntur, ut non modo in expeditionibus bellicis *præ aliis* nationibus durissima fata perferre possint, sed & *arduas* moriendi moriendi

qualitates experiantur, de quibus dicitur sie könnten weder leben noch sterben, man müßte sie mit Aexten todt schmeissen: *parili* qualitate instructi sunt homines a teneris *arduo* & duro vivendi generi *adsueti*, quibus similis conditio est in negotio sanitatis, morborum & mortis: es sind abgehärtete Menschen, die etwas ausstehen und vertragen können. Perinde *naturali* causarum nexu illi homines *difficilem* egressum experiuntur, qui antea *firma* sanitate integrisque viribus præditi fuerant, in quibus variæ mutationes ingruente agone, quoad *animum* & *corpus* obtingunt, quæ *gravem* reddunt vitæ exitum: accedunt & illi homines, qui *modicam* ægrotandi *consuetudinem* impetraverant, sub illa tamen modo *medicori* sanitate per temporis moram fruebantur, modo denuo *transitoria morbosa* afflictione corripiebantur, ut sub hac alternatione & fluctuatione successiva sanitatis cum morbo, vitæ cum morte, vires *non nimium* exhaustæ fuerint, accedente tandem periculoso morbo & ingruente agone hæc *consuetudo* cum *adversis* negotiandi æque *difficilem* & *retardatam* in multis casibus promittit & indicit mortem. Augent numerum horum subjectorum *illa*, quæ vel *hæreditariis*, vel *corruptis* morbosis afflictionibus hactenus molestata fuerant; in hisce enim subjectis sive respectum causæ *materialis*, sive *motuum* ineamus, ex utraque parte intricatæ & *vexatæ* qualitates occurrunt, quæ præsentis morbi decursum, & *schema mortis* æque confusum, *turbulentum* & arduum reddunt: Addimus tandem hisce respectibus *Animum* subjectorum aut *ante*, aut *nunc immorigerum*, adversum, inquietum, impatientem atque torvum, qui & *morbo* & *mortis* eventui valde præjudicat, nec *specialissimis* suis

quali-

qualitatibus placidam aut tranquillam, ſed valde affligentem & *acerbam* mortem pediſſequam comprehendit.

§. VI.

Aculei mortis ſecundum naturalem cognitionem ſunt *tremendæ* mortis connexæ alterationes: quare LUTHERUS *in Geneſin XXIII. n.* ait: Daß ich daſelbe vor mich und meinen Leib dafür halten ſolle, daß der Todt kein Todt ſey, wird mich nimmermehr kein Medicus, kein Philoſophus noch Juriſt überreden: id ipſum non modo Evthanaſia, ſed & Dyſthanaſia teſtantur: quam ob rem jam *Signa* & phœnomena arduam & *difficilem* mortem denotantia brevibus indicabimus. In hac *hiſtorica* relatione ad *communes* medicorum obſervationes provocare quidem poſſemus, quibus multi tales recenſentur caſus, quorum fatalis eventus, *valde tragicus* & arduus fuit: attamen hoc loco in *Compendio* ejusmodi characteres commemorare lubet: reminiſcimur h. l. teſtimonii VERULAMII *in Hiſtor. vitæ & mortis p. 558. ſq. n. 29. 30.* ubi varia *generica* mortis indicia allegantur, e quibus vero non pauca annotantur, quæ ad *dyſthanaſiam* pertinent: verba illius ſunt ſequentia: *duo ſunt magni præcurſores mortis: alter a capite, alter a corde miſſus: Convulſio & extremus labor Pulſus: nam etiam ſingultus ille lethalis, eſt convulſionis genus: Labor autem pulſus lethalis, habet velocitatem inſignem, quandoquidem in cor ſub ipſa morte ita trepidet, ut Syſtole & diaſtole fere confundantur: habet etiam conjunctam Debilitatem & Humilitatem & ſæpius intermiſſionem magnam, labaſcente motu Cordis, nec fortiter aut conſtanter inſurgere valente. Præcedunt etiam mortem in propinquo ſumma inquietudo & Jactatio: Motus manuum tanquam floccos colligendo: nixus*

nixus prehensionis & tentionis fortis dentes etiam fortiter comprimere: glutire vocem; tremor labii inferioris: pallor oris; memoria confusa: Sermonis privatio, sudores frigidi; corporis elongatio; sublatio albuginis oculorum; faciei totius alteratio (naso acuto, oculis concavis, genis labantibus) Linguæ contractio & convolutio: Frigus extremitatum; in aliquibus emissio sanguinis, aut spermatis: clamor acutus; anhelitus creberi inferiores maxillæ lapsus & similia. In hoc delectu indiciorum, arduam mortem perhibentium, antea *Animi* rationem habere lubet, memores illius effati quod ALPINUS *de præsagienda vita & mort. ægrot. Lib. 2. c. 2. p. 115.* profert: *multum interest in omnibus morbis actiones, quæ vim animalem fortem sive firmam significant atque prælanguidam sedulo cognoscere:* siquidem in animo varia talia signa hujus thematis occurrunt: quando itaque homines *animi* morosi, torvi, pertinacis, inquieti, immorigeri, impatientis, impetuosi, confusi, mutabilis, indignabundi, duri, immitis, clandestini, cerebrosi sunt, communiter illorum morbi valde turbulenti, & exitus vitæ non placidus, sed atrox, acerbus & arduus esse solet: wie gelebt so gestorben, communis *regula moralis* & *medica* est; præterea homines mortem aut *anxie metuentes*, aut *impatienter* anhelantes & *desiderantes*, non placide moriuntur, quia illorum animus angore & impatientia oppletur & inquietatur, magnas *turbas* in præsentis *morbi* & instantis *mortis* decursum transfert: Eo pertinet, quod homines, qui in certa objecta nimio, immodico & vehementi affectu feruntur, *difficulter* utpl. e vivis discedant; hinc accipiter pecuniæ non modo morbos tremente affectu expavescit, sed & sub anxia tali atque sollicita cogitatione

tione de ſuis bonis ægre vitam cum mortem commutat: non minus *nimio amoris* affectu in alios fervens, morti nunc *proximior* redditus, niſi ab hac idea liberatus fuerit, difficulter moritur, teſtimonio illorum morientium, qui magna cupiditate amicorum, & conſanguineorum abſentium præſentiam deſiderant, aut qui præſentium nimio amore delectantur, *vid.* KORNMANN *de mirac. mort. Part. 8. c. 13. moribundis, ſi cognati aſtent, negant ob id mori poſſe, aut difficulter:* inde evenit, cur liberi præſentibus valde dilectis parentibus, quos moribundi anxie intuentur, & de ſeparatione a ſuavi illorum conſortio adhuc eximia afflictione & mentis dolore cogitant, tardius & difficilius moriantur, ut alii adſtantes ejusmodi parentes ad abitum diſponere debeant, ſub certa expectatione, fore ut tunc agonizantes liberi facilius morte ſolvantur, quod etiam ſæpe ita evenit: recte itaque PECHLINUS ait *Lib. III. obſ. 3. p. 396. animi affectus in mutanda mortis ratione, plurimum poſſe, exemplis didici: ſive enim metus eſt, ſeu compoſita ad mortem voluntas, certe non eadem exeundi ſors eſt:* eo *quadantenus* collimant proxima verba hujus authoris *congrua* interpretatione ad præſentem noſtram conſiderationem applicanda: *ſollicita de morte tædioſisque objectis cogitatio*, ut exhaurit nonnunquam vires, ita & ſuſpendit eas, tardiusque a corpore exſolvit. Itaque non de nihilo cavere *vulgus ſolet, ne ubi ſenſus adhuc dum aliquid reſtat morientibus, perſonæ aut res ingratæ illis ſe objiciant, hinc enim luctam animi corporisque infringi, dejectosque a mortis ſpiritus motum jamjam nutantem revocare, qui tamen cum tempore iterum collabaſcat & poſt iteratas aliquot colliſiones æſtusque penitus intereat: Vidi aliquos morbo confe-*

ctos & jam morituros, nescio cujus rei gratia vitam tamen in plures dies distulisse, videbantur autem aliquid animo agitare & desiderium adhuc ordinandi spe detineri: sunt verba *Pechlini.* Id omnino veritati respondet, siquidem extreme ægrotantes & ferme agonizantes, vix mortis compotes fiunt, nisi anxii sui desiderii participes fiant: inde elocutiones natæ, sie haben noch etwas auf den Hertzen, davor sie nicht sterben können: Eximiæ etiam potestatis est *vis imaginationis*, sicut in *sanis*, ita & in quasi morbosis, velut *gravidis*, non minus in *perfecte ægris*, tandem etiam *in moribundis*; ad quam *ultimam* animadversionem spectat modo allegata observatio PECHLINI sub tit. *Agones lenti ob defixam Phantasiam:* quemadmodum enim *phantasiæ* potentia magna & pertinax est, ita in *morientibus*, in quibus pro *diversitate* animorum *operosior* hæc mentis occupatio eo majores & *pertinaciores* mutationes allicit, quo magis communis vis imaginationis immoderata & *obstinata* esse solet: quam posteriorem observationem paucis tantum allegasse nobis suffecerit, cum pleniorem illa promereretur deductionem: Et quamvis huic argumento, quomodo videlicet *peculiares animi* qualitates ad *dysthanasiam* contribuere queant, plures aliæ qualitates addi possent, hisce tamen viam indicasse, qua hæc circumstantia ulteriori commendata esse possit meditationi, satisfaciat.

§. VII.

Huic considerationi connexa est annotatio *Deliriorum*, de quibus HIPPOCR. *Coac. Prænot. s. 1. text. 141.* loquitur: *deliria circa necessaria pessima; quæ ex his exacerbantur, lethalia sunt:* de talibus necessariis dicit ALPINUS *de præsag. vit. & mort. ægrot. Lib. 2. cap. 5. p. 145.* talia

sunt

ſunt, quando *delirantes cibum abhorrent potumque, cum tamen linguam habeant incendio caloris exſuctam, ac prætorrefactam:* addit: *Lethalia quoque deliria exiſtunt, in quibus ægroti crebras inſignesque habent permutationes: duplex vero & permutatio, una ex bono ad malum ſtatum, altera ex uno malo ſymptomate in aliud malum:* utut vero hoc præc. de deliriis *phreniticorum* valet, tamen ad alia deliria applicari poteſt, quamvis etiam hoc præſagium *generatim* lethalem qualitatem deliriorum indicet, tamen circumſtantiæ & *confuſus* valde horum deliriorum ſtatus obitum haud lenem & facilem, ſed *intricatum* & *gravem* metuendum & expectandum involvunt: Ita etiam *ſtupor* animi cum *ſopore* & *deliriis* alternans, non modo *lethale* ſignum prodit, ſed & *arduum* & funeſtum morbi eventum prædicit: huc etiam pertinet, illa *pravorum* ſymptomatum confuſa congeries, ſub qua *totus ordo* naturæ corruit & in ſummam turbulentiam delabitur, quam ALPINUS *l.c. p.149.* recenſet: *ſi deliria in tremores, convulſiones, ſingultus vel aphonias deſierint, cum urinis albis, claris lucidisque, omnium vero maxime pulſus prælanguidi, reſpiratio mala, ciborumque appetentia extincta, ita ut quoscunque abhorreant cibos, ullam ſitim ſentire, etiamſi lingua præarida multoque calore aduſta ſit &c.* Ita etiam *Sopores* confuſi cum vigiliis alternantes, non modo *perverſum extreme* ægrotantium ſtatum indicant, ſed & futuram turbulentam mortem præſagiunt: Quando porro ad oſtia mortis poſiti ægri nihilominus quædam *eſculenta* & *potulenta* ingerunt, ut & *Senſuum externorum* aliqualem uſum retinent, tunc tardius moriuntur, ſiquidem in multis lucta & mora intercedit, donec illi Senſus expirent, ipſaque etiam *ingeſta*

 variis

variis alterationibus, *anxietatibus* flatulentis &c. ansam præbent, ideoque articulum mortis acerbiorem reddunt: In aliquibus tarde & difficulter expirantibus *Sensus in-& externi* succeſſive evaneſcunt, dum *obliviosi* redduntur ægri, ratio illorum fluctuat & nonnunquam *deflectit*, sie fangen an irre zu reden, aliquali mentis *stupore* afficiuntur, ideas & objecta inter se *confundunt*, sie können ihre Gedancken nicht beysammen behalten: succeſſive obſcuratur viſus, induratur auditus, evaneſcit ſenſitiva perceptio, *contraria* ſentiunt, atque huic perceptioni *tenaciter* adhærent, opinantur enim talia actu contingere, quæ erronea ſenſatione obſervare indicant: eo pertinet, quando morientes nunc in *uno oculo* viſum *amittunt*, in uno corporis latere *sensum perdunt*, poſt *brevem* moram aliqualem illius ſenſationis *reditum* experiuntur, modo in uno membro *paralytici* redduntur, in uno loco *frigus*, in alio *calorem* ſentiunt, quando ægri cum *murmure* & gurgitu *potulenta* ingerunt, & ita lente & difficulter denique expirant. Hiſce ſignis, ad *animales* functiones referri ſolitis, porro annumeramus illam qualitatem, quæ motum *voluntarium* ejusque uſum attinent: quando itaque *moribundi* nunc *omnibus* velut *viribus* exhauſti, defixi & taciturni decumbunt, nunc confeſtim *sponte* ſe *erigunt*, extra lectum proſilire contendunt, & ſub *stupore* & *oblivione* ſui aliquid minantur, interdum autem in *deliras* actiones & *convulsivos* motus tranſeunt, mox iterum in priſtinum ſummum *languorem* delabuntur & cum ejusmodi confuſa alternatione difficilem exitum vitæ teſtantur: ita porro internæ motuum *amissiones* & novæ illorum repetitiones alternantes cum *sensationis privatione* & conſequente illius recurſu

difficul-

difficultatem moriendi perhibent: v.g. quando *quædam excretiones* involuntarie procedunt, poſt aliquam moram temporis autem *anxietates* & *dolores* in abdomine intercurrunt: teſtimonio, quod nunc circa exitum vitæ *motus* & *ſenſationes* deſinant, mox recurrant, ideoque luctam quaſi quandam gerant, donec & motus & ſenſus penitus ceſſent: ſub qua *fluctuatione* autem ipſa mors ardua & *difficilis* redditur.

§. VIII.

Quod nunc *Vitalium* motuum ſtatum concernit, tunc *Dyſthanaſiæ character* eſt, quando in aliquibus morientibus cordis pulſus *modo fortis*, *præceps* & *impetuoſus*, modo iterum depreſſus, debilis, inordinatus, intermittens, aliquando tremens, interdum palpitabundus, nonnunquam velut *coaxans* exiſtit, ut ab extra ille motus percipi queat: ut & quando interdum ille motus *aliquandiu* plane ceſſat aut *deſinit*, mox iterum recurrit, quando in cavitate thoracis *cor fluctuare* obſervatur, als ob es fliege oder hin und her wancke: nonnullis accidit, ut cum angore, ad animi deliquium tendente, cor contrahi deſinat, denuoque repetat; quæ varietas motus cordis admodum ancipitem & titubantem morientium ſtatum indicat, dum haud *proxime* & *facile plenaria* ceſſatio motuum expectanda, ſed *retardatio* magis mortis metuenda venit: Quoad *egreſſum*, *progreſſum* & *regreſſum* ſanguinis in *difficulter* morientibus varie ſonticæ *mutationes* obſervari poſſunt: nunc enim ſanguis ab *extra introrſum* retrahitur, per *actualem* conſtrictionem extremitatum, nunc ipſe *motus* cordis adeo *invalidus* eſt, ut ſanguinem in *externam* corporis regionem propellere nequeat: aliquando ſentiunt & aliis ex-

plorantibus corpore ſuo agonizantes *frigus*, mox alternantem *teporem*, imo haud diu durantem *calorem* profe-runt, intercurrente *anxietate* & *ſudatione frigida:* pulſus arteriarum modo in *uno* latere percipitur, in nonnullis regionibus expiravit, nunc venæ evaneſcunt, mox iterum inclareſcunt, adeoque dubius ille atque ambiguus itus & reditus facile obſervari poteſt; quæ *anceps* rerum facies autem minus placidam & facilem, ſed renitentem & *arduam* mortem conſtituit: Simile quid contingit cum partium *tono*, qui nunc valde *tenſus* & variante *tractione* præditus eſt, unde propenſio in *convulſiones* colligitur, es ſtecke eine Seuche darhinter, ita ut in *internis* regionibus aliquando *inſolitum* dolorem producat, quem *internæ* convulſioni einer innerlichen Seuche adſcribere ſolent, alicubi adeo *rigidam* tractionem certorum membrorum morientes experiuntur, ut membrum illud flecti nequeat, quod iterum convulſioni *fixiori* annumerare volunt, nunc ad *extremum* tonus ille relaxatur & in *paralyticum* ſchema convertitur, unde in affectis partibus *ſenſus*, *motus* & *uſus* perditur; & hæc toni amiſſio non quidem totalis, ſed utpl. *partialis* eſt, quæ nonnunquam cum prædicto rigore & *tenſionis* gradu *vago* modo alternat, iterumque *titubantem* ſtatum inter motum & quietem introducit: ſub qua fluctuatione nunc morientes moleſtias ſuas ſentiunt, mox iterum inſenſiles redduntur, nunc in *organis ſenſoris* objecta percipiunt, mox illa haud advertunt: ita ut allegorice loquentes, videamus vitam cum morte certamen inire, donec hæc vincat, illa autem ſuccumbat: interdum motus ille tonicus languide in morientibus per membra *ſucceſſive* expirat, unde dicunt, er ſterbe nach und nach, es

ſterbe

sterbe ein Glied nach den andern ab, quod sicut languide ita etiam utpl. *diffi. ulter* contingit: Accedit *Respiratio*, quæ magis manifesta indicia *gravis*, miserandæ & difficilis mortis prodit: quam *anxie* enim, *operose* & confuse agonizantes in & exspirent, communi ferme annotatione innotuit; etenim interdum hic motus valde anhelosus, impetuosus, præceps, cum stertore & roncho conjunctus, interruptus, turbulentus, inordinatus & oppressus est, unde alii plebejo stilo colligunt das Hertz wehre sich: præterea inspiratio nonnunquam elongata, exspiratio vero abbreviata est: aliquando exspiratio *algida* existit, nonnunquam intolerabilis ferme anxietas hanc respirationem & illum cordis motum affligit, inde functiones & sensationes in *capite* obviæ in consensum trahuntur, ut mens valde angatur & perturbetur, quælibet *sensationes* in magnam *confusionem* convertantur, adeoque *tragica* scena hisce alterationibus erigatur: inde innotuere exclamationes commiseratione tactorum, man könne kaum die Sterbens-Angst mehr ansehen oder ausstehen: quanto enim angore attollatur *thorax*, quanto labore negotiosum sit *cor*, quanta anxietate & alteratione immutata sit *facies*, manifestis apparet indiciis, & talis imago, quippe Dysthanasiæ testis, omnino valde indolescenda est.

§. IX.

Ad *alia* nunc progrediamur Signa, quæ promiscue in *difficulter* morientibus annotantur: quod *Faciem* & præc. *oculos* attinet, tunc illico *torvitas*, *austeritas*, *defixa* & distincte *anxia* qualitas, ut & *terribilis* varietas & immutatio in *deteriorem* statum observatur, modo facies suam *similitudinem* amittit, modo eandem aut aliam assu-

mit,

mit, modo oculi obſcuri, confracti, turbidi, modo clari, modo auſteri, modo anxii, modo defixi, modo diſtorti &c. per multiplicem variationem apparent: hinc anxietatis, convulſionum, deliquiorum, extremæ conſternationis, moeroris, ſollicitudinis &c. indicia in eadem facie apparent: der Todt kan die Schönheit in eine abſcheuliche und entſetzliche Geſtalt verwandlen: quanta præc. *terribilia* indicia in *moribundis*, *convulſivis* motibus obnoxiis compareant, quotidiana teſtatur experientia; *qualis* conſpectus communiter *arduum* vitæ naturalis exitum comitari ſolet: Quosdam moribundos pro *diverſitate* morborum corripit terribilis *ſopor* cum anxio *ſtertore*, quando præc. cauſa & ſedes morbi in cerebro hæret, dum morientes *alto* ſepulti ſunt torpore & ſopore, darunter ſie weder aufleben, noch erſterben können: quidam ſub tali calamitoſa ſcena intercurrentes miſerandos motus *convulſivos* ſubeunt: alii *ſtrangulatorias* & ſuffocantes anguſtias ſuſtinent, cum *terribili faciei* conſpectu & anxio thoracis motu: quidam extremas *cardialgias*, cum *ſyncope* & *lipothymia* conjunctas tolerant, quibus attolluntur & inflantur hypochondria & ventriculus, quos angit conatus vomendi, qui propterea dicuntur eſſe conſtituti in Todtes-Angſt: nonnulli hemiplectici decumbunt cum horrifica inflatione faciei, expreſſione oculorum, ſtridore dentium, linguæ prominentia, ac ſtertore: in aliis obſervatur ineffabilis anguſtia & inquietudo in abdomine, quæ mox hoc tumefacit, mox vehementur retrahit, mox impetuoſis murmurationibus affligit; hinc extremæ viſcerum *atoniæ flatulentis* collectionibus & diſtenſionibus anſam præbent, quales flatus ob nimium *virium defectum* exprimi haud poſſunt, hinc

præſen-

præſentes calamitates valde *augent*, & mortis Tragœdiam eo magis arduam & *deplorandam* reddunt. Subinde in *difficulter* agonizantibus varii adhuc niſus atque conatus interdum occurrunt, qui *excretiones* antea *adſuetas*, hasque *ſalubres* proſequuntur, aut illas, quæ *aliis* cauſis vel malo *regimine*, vel *pernicioſa medicatione* provocatæ fuerant, *tumultuario* modo urgent; hujus ſpeciei ſunt *fugitivæ*, præcipites & impetuoſæ eluctationes *hæmorrhagicæ* intra *caput* & *pectus*; inde oriuntur ſchemata *apoplectica*, *epileptica*, infarctus *livido-rubicundi* capitis, ſummæ *inflationes venarum*, expreſſiones & diſtorſiones oculorum, pathemata *ſtrangulatoria*, intumeſcentia ac livor linguæ, faucium, colli, extreme angentes ſtertores, nimia oppletio humoroſa pulmonum; aliquando valde affligens *ſingultus*, *vomibunda* ventriculi commotio, magna *hujus inflatio*, ingens inquietudo *inteſtinorum*, *ſonora* fluctuatio per inteſtina, es gehet ihnen in Leib herum, es kultert ihnen darinnen: nonnunquam *vagi convellentes* motus per *abdomen* diſcurrunt, ut *tormina* in eodem ſentiantur, quandoque tales turbulentæ convulſiones in *circulum* quaſi volvuntur & circumcurſitant, als wann Mäuſe einander herum jagten: quando urgent tales *erratici* motus modo *alvinam* dejectionem *vanam*, cum moleſto & angente *tenesmo* conjunctam, proſequuntur; modo cum *ſtringente* cruciatu *urinæ* excretionem absque tamen ſucceſſu cogunt: interdum ſub intercurrente deliquio animi agonizantes *involuntarias* dejectiones *alvinas nigras*, *cadaveroſi* fœtoris obtinent: in *artubus* oriuntur quandoque *miſerabiles* motus *convulſivi*, mirum in modum membra *contorquentes*, nunc in *paralyticam* afflictionem ſe convertentes, modo iterum inſultantes

& ita miserando schemate ad vitæ finem persistentes & alternantes: quidam agonizantium in extremo torpore & stupore animi & corporis aliquandiu decumbunt, ut nec quicquam amplius *sorbillare* queant, eapropter non nisi illorum analysin adstantes votis suis anxiis & enixis prosequuntur: id quod præc. illis contingit, quibus exitus vitæ per varia *artificia*, *experimenta*, tentamina aliosque ausus *difficilis* redditus fuit: qualem casum D. PRÆSES recensuit *in A. N. C. Cent. 3. p. 239.* sub titulo: *de morte critice dilata.*

§. X.

Posteaquam huc usque *characteres* & *Signa* ardui, gravis, miserabilis, tardi & *difficilis* vitæ finis recensuimus, quæ utpl. non disjunctive, sed *conjunctive* in applicatione ad individua æstimanda & dijudicanda sunt, paucis nunc in ordine *causas* colligere placet, quæ ad talem obitum disponere solent, quarum plurimæ *sparsim* in *præcedentibus* indicatæ prostant: unde quoad *Animum*, durities, robur, firmitas, constantia, *tenacitas* præstantia, impetus, *insensibilitas* utpl. mortem reddit arduam & *strenuam*, harte Köpffe geben nicht leicht nach: porro *natio* & *educatio* æque dura, *aspera*, inculta, nec delicata, diætæ simplici, duræ &c. adsueta similiter & *vita* & morte multum perferre potest, de quibus hominibus valet illud DIODATI *in panth. hygiast. Lib. 1. c. 9.* quod *homini vivere & mori unum idemque sit*: huc pertinet *connata*, aut per *hæreditatem* transplantata & communicata qualitas, *durioris vitæ*, *insensibilioris* animi, *asperorum* morum, & propensionis in negotia gravia, welche einer harten Art und Lebens-Beschaffenheit gewohnt sind: hinc homines sunt, qui *animo*, *corpore* & reliquis

liquis *viribus multa* perferre possunt, nec in casibus periculosis subito abjecti & debiles, sed aut *temerarii*, aut *pertinaces*, aut *minus* sensibiles sunt: inde liquet, quod utplurimum ejusmodi homines multis variisque laboribus perfuncti fuerint, attamen se in labore haud fregerint, welche keine Arbeit geflohen, propterea *experti*, exercitati & *probati* sint, ut morte appropinquante non ita cito negotia sua pro derelicto opere habeant, sed strenue omnes nervos diu intendant, usque dum potestati morbi cedant: hisce causis adscribenda est aliqualis *consuetudo* & exercitatio *moralis* & *physica*, quoad *animum* & quoad *corpus*, & quidem *hujus* respectum ineuntes, quoad œconomiam *vitæ naturalis*, quando videlicet *iterata* vice *gravi morbo* defuncti sunt, ideoque in rebus etiam *arduis* subsistere & *reniti*, *haud* vero *facile vinci* & subjugari patiuntur: porro ad dysthanasiam disponit *insuetudo artificiosæ* medicationis, wann Menschen vorher nicht nöthig gehabt zu artzeneyen, oder an Artzeneyen sich zu gewöhnen, sondern stets munter, starck und gesund gewesen: e quibus *varii* difficilem mortem experiuntur; sunt vero vicissim quidam, quos *insuetudo ægrotandi* ad *facilem* iterum mortem disponit, quæ circumstantia secundum diversitatem *subjectorum aliarumque* causarum & qualitatum dijudicanda est: *vid.* D. PRÆSIDIS *disp. de Con- & Insuetudine ægrotandi:* proinde vero etiam ad eandem Dysthanasiam contribuit, quando ægri, adhuc *mediocribus* viribus prædititi, *multis medicamentis*, *discrepantis* aut *contrariantis* operationis tractati, ut & per varias medicorum manus & methodos tracti fuerant; quare alii, de tali gravi morte judicare solent, man habe den Krancken mit so vielen Artzeneyen aufgehalten, wel-

che stets in ihm würcken, und das Sterben bey ihm schwehr machen: addimus etiam corruptos morbos, undecunque hæc *corruptio*, præc. autem vel ab *animo*, vel *medicatione*, *perversis*, provenerit; in quantum enim hi turbulenti affectus plurima ex parte in *motuum irregulari*, fugaci & *pertinaci* qualitate consistunt, in tantum hæ conditiones mortem haud allevant, sed valde *tumultuariam* & *arduam* reddunt: idem etiam valet de *complicatis* morbis, quando in *fatalem* exitum desinunt, qui tota sua indole graves & *intricati* sunt, ideoque in eventu quoad *naturalem* suum decursum vix alium gradum & statum induunt, quam communis illorum indoles existit: tanto magis & corruptorum & complicatorum morborum *funestus* decursus arduus & perversus est, quo magis in hisce affectibus *incongrua medicamenta* adhibita fuerunt, quemadmodum de *remediorum* efficacia ad conciliandam *difficilem* mortem, juxta modo traditam annotationem testantur verba PATINI *in A. N. C. dec. 2. an. 1. obs. 19. p. 42. 43. fractis tandem viribus ei suasi, ut in lectulo se contineret, bono animo esse jussi, brevi doloribus, morbo, senio ac vitæ valedicendum: Alacriter dicentem excepit vir, non omnino ἀφυλόσοφος, quamvis ἄμουσος mirarique se affirmabat, non utplures alios medicamentis obrutos necari, quem sola sors perimeret; gavisus talem medicum nactum fuisse, quo cum quiete mori posset: & quidem absque ullo dolore provisam mortem occubuit:* addimus Epicrisin SCHROECKII *in Scholio: εὐθανασίαν hanc ægroto medicamentorum abstinentia fuisse conciliatam, uti in laudem medici cedit; ita inutilibus medicamentis, qui ægros obruunt, & eo ipso dolores tormentis istis augent, aut etiam tardantem mortem accelerant, eo minus laudandi sunt.*

Hinc

Hinc nec inauditum, nec rarum eſt, multos homines *arduam* oppetere mortem e manibus temerariorum & *imperitorum medicorum:* quare FRANCKENAU *in Satyr. med. Cent. 2. ſ. 1. lit. a. an. 1674.* aſſerit, die meiſten Menſchen ſterben durch unzeitig Purgirn und Aderlaſſen: *conf. A. N. C. dec. 3. an. 4. obſ. 6. tit. a medicina purgante intempeſtive exhibita, graviſſima ſymptomata & mors.* Et hæ *præcipuæ* quædam *cauſæ* ſunt, quæ *dyſthanaſiam* provocare ſolent, quibus aliæ adhuc addi poſſent, quarum quædam in *præmiſſis* allegatæ proſtant, *reliquæ* cum *hactenus* enarratis conſpirant.

§. XI.

Ad finem præſentis tractationis properantes, nonnullas quæſtiones *Practicas*, huc ſpectantes, addere placet: *Dyſthanaſiæ* obſervatio itaque complectitur *indicationem* therapevticam, mortem certo expectandam, non acerbiorem, ſed *licito* & *conſcientioſo* modo *leviorem* reddere & facilitare & quamvis KORNMANN *in mirac. mort. Part. 6. c. 43.* titulum: *de morte allevanda* proferat, nihil tamen, quod ad uſum ſingularem medicum quadrare poſſet indicat: rectius itaque huc pertinet monitum SCHROECKII *in Scholio ad obſ. 19. A. N. C. dec. 2. an. 1. p. 43. 44.* quo medicum peritum ita hortatur & manuducit: *artem ſane iſtam, qua mortem minori cum moleſtia & quadam quaſi cum ſuavitate ægroti conclamati ut exſpectent, efficitur, medicum callere, quam maxime decet, inter deſiderata medicinæ a noſtro clariſſimo* WELSCHIO *olim recenſitam & in fine commentar. method. med.* WALÆI *indicatam; quam in ſymptomatibus infeſtis, quæ morbus iſtæ, remediorum uſus intempeſtivus, adſiſtentium errores &c. concitant, demulcendis & avertendis, ſive*

 id

id salubrium monitorum & diætæ beneficio, sive remediis aliis fiat, potissimum consistere autumo. Desperato autem ægro pharmaca mortem, præ foribus jam excubantem ad concitatiores gressus advocantia propinare, non hominem multo minus Christianum decet medicum; hinc opio, qui in extreme debilitatis vel in summo senio constitutis, vel agonizantibus ad mortis accelerationem utuntur, erroris merito incusantur a ROLFINCIO *& cum eo a* WEDELIO *Lib. 2. Opiolog. Sect. 3. cap. 3.* Directe itaque mortem promovere velle, conscientiæ repugnat; indirecte autem *gravissima* symptomata *lenire*, haud illicitum est: salvum itaque manet judicium RIEDLINI *curat. medic. 545. p. 335. hactenus enim ab illorum partibus, qui statuunt, in ejusmodi casibus mortem salva conscientia promoveri posse, nondum sto, cum vita nostra sit in manibus Domini, cui si vel præsentibus quibusvis mortis indiciis prorogare illam nihilominus placuierit, quis temeraríe resistet:* Interea *difficulter* morientibus temperata lenientia, emulsiva, parcius carminativa (ne flatus excitent) si moribundi adhuc tantillum sorbillando excipere possunt, pro hoc scopo conveniunt: consultius autem fuerit omnes circumstantias bene dijudicare & communiter ab ordinatione remediorum, quorum effectus *anceps* est, aut quæ præsentem dysthanasiam *difficiliorem* & graviorem reddere possunt, abstinere: pessimum vero & *improbum* consilium est, quod imperiti quidam sub *bona* specie ineunt, wann sie dem Sterbenden seine Todtes-Angst verkürtzen wollen: quale illud est, quod cum oblatione *narcoticorum* suscipitur, aut quale recenset LENTILIUS *Eteodr. med. pract. p. 661.* de temerario Chirurgo qui moribundæ puellæ, aliquot venarum apertionem, ut leniter emoriatur, ordinavit; Nec

etiam

etiam *ambigua* remedia in hac necessitate admittimus, quæ *facilius sinistrum*, quam exoptatum effectum edere solent: huc enim referri meretur effatum CELSI *Lib. 5. c. 26. prudentis hominis est, eum qui servari non potest, non attingere, nec subire speciem ejus, ut occisi, quem sors ipsius peremit:* Omnium minime autem ad *superstitiosa* confugere relligio admittit; quo pertinet, moribundos, in *alium locum* transportare, (licet ipsorum fuga e lecto in lectum non *prœmaturo* zelo cohiberi debeat,) qualem casum RIEDLINUS l. modo cit. commemorat, id quod intelligendum est, de *plebeja* & *credula* mutatione loci, de qua superstitiosi homines opinantur, quod ad mortem *allevandam* conducere debeat: quæ mutatio non raro majores afflictiones agonizantibus causari solet: eo pertinet, quando creduli homines *agonizantibus pulvinar subtrahunt: conf.* Uratislaviensis JCti QUÆSTELII *disp. de pulvinari morientibus non subtrahendo:* quo referenda est observatio KORNMANNI *de mirac. mort. Part. 6. cap. 42. cur morientes super plumis mori nequeant:* annectimus hoc loco quædam judicia theologica *vid.* SPENERI *72. Passions*-Pred. *p. 777.* Es stehet uns nicht frey, auch um der grössesten Schmertzen willen, das Leben uns selbst zu verkürtzen oder mit unsern Willen verkürtzen zu lassen: wird hierinnen oft gesündiget mit Küssenrücken und dergleichen: & *Palm* in unerkannten Sünden *Part. II. pag. 403.* viele meinen auch den Sterbenden damit eine Wohlthat zu erweisen, daß sie ihm seine Quahl verkürtzen: man findet dahero bey vielen Leuten den bösen Gebrauch, daß sie den Sterbenden, das Küssen unter dem Haupt wegziehen, damit es soll desto eher mit ihnen aussenn: gewiß eine Sache die unrecht und sündlich ist, denn man sich über des

andern

andern sein Leben, nicht die geringste Gewalt anmassen darff; es ist dahero auch diese Sache in gewisser Maaße, für eine Art des unerkannten Todtschlages zu rechnen: diese Art der Liebe gehet wenigstens zu weit, daß ich dem andern seine Pein zu verkürtzen, mich an seinem Leben vergreiffe: Et dum cum hac subtractione pulvinaris, aut *declivi* & *demisso decubitu*, hujusque efficacia ad *faciliorem* mortem promovendam, rationes *physicæ* connexæ sunt, ubi sanguinis motus *per caput* & *e corde* aliquas alterationes patitur, subinde etiam nullæ regulæ quoad hunc situm strictius urgent, nisi ubi hic decubitus vel cum *certa spe* & fiducia impetrandæ sanitatis, *leniendorum arduorum* symptomatum, vel sub *mediocri* morbi statu *prorogandæ* vitæ, emendationem admiserit, ita remota impia credulitate, improba superstitione & frivola experimentandi voluptate, illa *situs* & *decubitus* mutatio sub *ingenua* & *prudenti* directione admitti potest: Hæc itaque præsenti deductione nunc sufficiant: obsignamus cum sigillo felicis clausulæ hoc mortis sepulchrum, & hanc dysthanasiæ imaginem nunc tegimus, DEO benignissimo humillimas gratias, laudesque tribuentes, quod in hac mortis difficilis delineatione cœlesti suo adjutorio nobis præste esse voluerit; quem insuper ardentibus precibus imploramus, ut sub omnipotenti Ejus directorio nostræ vitæ & morti, præsenti huic opellæ, ejusque applicationi medicæ, imo omnibus reliquis nostris actionibus bonus, salutaris & desideratus affulgeat

F I N I S.

NOBI-

NOBILISSIMO AC PRÆCLARE DOCTO

DOMINO CANDIDATO

Ἐυεργμίαν apprecatur

P R A E S E S.

VEriſſima AUGUSTINI *in meditat. c. 21.* elocutio eſt: *Vita domina malorum, regina ſuperborum, plena miſeriis & erroribus, quæ non eſt vita dicenda, ſed mors: in qua ſingulis momentis morimur, per varios mutabilitatis defectus diverſis mortium generibus.* Si talis facies & imago vitæ communis humanæ eſt, ſi ejusmodi difficultates, ærumnæ & acerbitates illam comitantur, quid ni eadem aut difficilis & ærumnoſa mors, aut aſpera, ardua, dura & ſalebroſa ſemita ad mortem dicenda fuerit: olim quidem Abbas *Bernhardus Serm. 26. in Cantic.* exclamavit: *perhorreſco meam meorumque mortem:* aſt quis non rectius de vita ſua ſollicitus ſit: Ἐυ ζῆν ἐςὶ ἐν δρᾷν: Vitæ calamitates ſuperant articuli mortis cruciatus: quot inſomnes noctes, quot vexas, quot curas, quot moleſtias bene valentes perferunt, dubii ad quam tandem pertigerint metam: calamitates ſeculares non paucis attentis obſervatoribus foecunda ſeges ſunt, quæ per dyſthanaſiam & evthanaſiam naturalem ad ἐυζωίαν reviveſcit: Ad mores mundi vivere, eſt præparari ad ſpiritualem & naturalem dyſthanaſiam: quorum vita autem in Deo occulta eſt, illis dyſthanaſia in

Evthanaſiam convertitur, quam æterna beata ſequitur vi-
ta. Terribilem ſane naturali ſenſui & conſpectui imagi-
nem præbet mors, ita ut ſecundum hanc æſtimationem de
morte non niſi male, cum de mortuis non niſi bene ſentien-
dum ſit, judicium ferre, ratio perſuadeat atque inducat:
Medicis quidem curæ ac officiis ſacrum eſt contra mortem
pugnare & vitam naturalem cuſtodire: aſt ſoli arti hoc
fungi officio æque arduum & difficile eſt, ac dyſthanaſi-
am lenire: & quemadmodum *nemo obitus novit tempusve,*
locumve modumve juxta HEIDFELD *in Sphing. phil. c.38. p.*
1161. vid. CAMERARIUM *Syllog. memorab. Cent. 2. partic. 21.*
ita non paucos latet modum & gradum moriendi ſecun-
dum cauſas naturales præſcire æque ac emendare: Æque
haud paucis ἐυζωία phyſica eſt ſemita ad dyſthanaſiam ſpi-
ritualem: nec pauci viciſſim per dyſthanaſiam naturalem
ἐυζωίαν ſpiritualem ingrediuntur: & in hoc moderamine
almo ſuo judicio cœleſtique providentia juſtus & ſanctus
præſidet Deus: interea haud ultra crepidam ſuam ſapere
& agere debent medici, qui mortis conſiderationem in-
grediuntur: SENECA *in excerpt. controverſ. Lib. 3. contr.*
9. ait: *etiam ubi remedium eſt mori, ſcelus eſt occidere:* hoc
ſibi etiam capiant medici, qui mortem in quamcunque qua-
litatem flectere nituntur, ne dum pro vita militare conten-
dunt, mortem accelerent, neque dum mortem edulcora-
re & emollire audent, eandem acerbam magis, duram &
difficilem reddant: Mortem medici vivo, acuto & attento
oculo intueri debent, ne ſub aliquo glaucomate ſeducti
perverſis artificiis dyſthanaſiæ authores, protectores &
promotores evadant. Quam tremenda autem mortis ima-
go, quidquod quam horrifica & contremiſcenda dyſtha-
naſia naturæ eſt, tum ſuavis & ſolatii plena gratiæ viciſſim
pia meditatio & recordatio mortis, exiſtit, quæ ex fide ori-

ginem

ginem ducit, juxta LUTHERI verba in der Hauß-Postill *Domin. XVI. Trinit. Opp. Lipſ. Tom. XV. p. 416.* Was kanſtu dann Todt, wann du am böſeſten biſt? Du haſt ſcheußliche Zähne, die bleckeſtu und ſchreckeſt mich, dann ich ſterbe nicht gerne: aber da will ich nicht hinſehen. Was du alleine thuſt, und wie du gleich als der Hencker das Schwerd zuckeſt: Sondern ich will dencken und ſehen, was unſer HErr GOtt darzu kan thun, und was er darzu will thun, wenn du mich gewürget haſt, nemlich daß er ſich für dir nicht fürchtet und fragt nach deinen Wüten und Morden nichts: ſondern er ſpricht: Todt ich will dein Todt ſeyn: Hölle ich will deine Peſtilentz ſeyn: kanſtu meine Chriſten würgen, ſo kan ich dich wieder würgen und ſie lebendig machen: porro: das iſt aber dem Todt eine ſehr kleine Ehre, daß wann er am zornigſten iſt, nicht mehr thun und ausrichten ſoll, denn einen Menſchen ſchlafen legen, daß CHriſtus ihn wieder vom Schlaf mit einem Wort auferwecke: hinc cum Eccleſia cantamus, was wollen wir dann fürchten ſehr, den Todt auf dieſer Erden ꝛc. & hac conſolatione acerbitas & amarulentia mortis edulcoratur: aut ut alio hymno exprimitur: was hier kräncket, ſeufftzt und fleht, hæc concernunt δυσζωίαν ϰ̀ δυσθανασίαν, wird dort friſch und herrlich gehen, hæc complectuntur εὐζωίαν ϰ̀ εὐθανασίαν: Proinde & hæc & illa *triplici* conſideratione annotari & commendari poteſt, *prima*, mere videlicet *morali* & *ethinica* meditatione, quando aut vitioſi, aut virtuoſi homines fato obeunt, quorum illi juxta ſecularem æſtimationem vituperantur, hi viciſſim laudibus celebrantur: priores ſecundum mundanam dijudicationem ſequuntur opera ignominiæ, poſteriores autem gloriæ & honeſtatis: *altero* ſignificatu uterque vitæ & mortis ſtatus *theologicæ* & *chriſtianæ* æſtimationi ſubjacet, quæ conſequentem æternam infelicitatem & beatitudinem una complectitur, inſuper-

que

que indicat, quomodo illa fugienda & vitanda, hæc autem ſectanda & acquirenda ſit: *tertius* denique Senſus *phyſicus*, aut *naturalis*, aut *medicus* eſt, qui ſigna, ſtatum, effectus & cauſas utriusque exponit & hoſce reſpectus ad ſalubritatem temporalem & naturalem præc. applicat. Quoad hanc ultimam qualitatem placuit TIBI, NOBILISSIME DN. CANDIDATE pro argumento Inauguralis ſpecī minis ſeligere disquiſitionem medicam arduæ aut difficilis mortis, ſive *Dyſthanaſiæ medicæ*, in qua tractatione ex obſervatione medica ſigna, ſubjecta & cauſas tremendi exitus vitæ naturalis indicaſti, inſuper indirectam applicationem ad uſum medicum formaſti & ſignificaſti: bona vota honeſtis TUIS conatibus propterea acclamo, poſteaquam per quosdam annos laudando ardore medico ſtudio incubuiſti, inque illo elegantes profectus TIBI comparaſti, quibuscum in Practico officio ſuſcipiendo ſalubres progreſſus facere poteris: probaſti etenim non modo Facultati noſtræ in examinibus ſolemnibus ac ſolitis cognitionem & eruditionem in re medica honoribus doctoralibus dignam, ſed & bonam fiduciam in nobis erexiſti, fore ut elegans hæc ſcientiæ TUÆ apparatus exoptatos nanciſcatur progreſſus, quos ut coeleſtis gratia ad proſperos effectus & eventus promoveat, inſuperque TIBI omnibus neceſſariis animi atque corporis bonis & donis adſiſtat, negotiaque TUA quavis benedictione comitetur, eſt quod ſincero animi effectu iterato voveo atque comprecor. Vale. Dab. III. Idus Octobr.

A. R. S. cIↃ IↃ CC XXXV.

